

218)

Clarissimo Viro D. MARTINO LYSIO Professore  
Francuerano

S. Quoniam tuas, observande frater, sero satis post alteras in-  
divas demum accepi; responsum huc usq. differendum fuit. Sed  
ne tunc quidem de eo, quod proposuisti, argumento respondeo  
sufius: quia graviolem videtur requirere tractationem, quam  
sit hoc epistolaris. Quae nimirum, si satis assequor, de causa  
impulsiva Reprobationis, non quatenus proprie pro decreto non  
miserendi aliquorum sed quatenus nata Xpusivis pro destinati-  
one ad damnationem capitur reprobatio. Inaudivi istud de  
hoc controversi. Sed et hic non ita pridem aliquid mihi notum  
fuit. Cur vero ex me potius audire hoc res, mi Lysi, quam  
ex tot doctissimorum virorum libris cognoscere? Habes Marty-  
rem, Zanchium in hoc argumeto prolixissimos. Nuper emisit  
noster Kinedoncy cum duobus libris de Universalis Redemptione  
librum unum de praedestinatione. Divina, in quo id, quod quae-  
ritur, eruditissime non tam suis, quam Scripturae et Orthodoxorum  
Patrum verbis et sententiis declarat. Sed D. Ursini sententiam  
requiris. Crede, quod sentiat cum illis. Veram est, quod ex pro-  
fesso controversiam totam usquam tractavit: extant tamen  
vestigia sententiae eius passim, ac praesertim in Explicationibus  
Catechetis bona fide a me editis, et in admonitione Neustra-  
diana: quod nempe Reprobatio aliquorum a gratia causa  
non habeat nisi beneplacitum Dei. Sed destinatio eorundem  
ad poenas seu damnationem non sit facta nisi propter peccata.  
Ratio prioris est, quia Reprobatio est decretum non-  
miserendi, teste Augustino. Miserationis vero causa quae est,  
nisi beneplacitum? Miserebitur enim, quorum vult. Eadem ergo  
causa decreti. Non enim propter aliud nunc miserebitur aut non

miseretur, et propter aliud decrevit misereri aut non misereri  
Deus. Docetur hoc Matth. XI. Etiam Pater, quia ita placuit tibi.  
Et Rom. IX. Antequam pueri etc. et quos vult indurat. Ratio  
posterioris est, quia iuxta declarationem legis et Evangelii, Deus  
neminem damnat in tempore, nisi propter peccata. Neminem ergo  
etiam nisi propter peccata damnare ab aeterno decrevit, sed  
ad damnationem destinavit. Est n. regula certa et firma: Quicquid  
Deus et quomodo facit in tempore, id eo modo facere ab aeterno  
decrevit. Jam consideremus ordinem et modum effectuum in tem-  
pore: creavit Deus initio hominem; et quidem integrum: per-  
misit tibi in peccatum et mortem: tertio ex lapsu genere humani  
pariterque perdito aliorum miseretur in Christo, donat gratiam  
et fide kar<sup>o</sup> et odoris: denique illos, quos misericorditer dona-  
vit fide in Christum justificatos glorificat: hos vero, quorum  
visum est non misereri, sed in peccatis deservere, justissime da-  
minat: quia peccatores et propter peccata. Hinc secundum Ma-  
rosianum, nec damnati iuxta quarrimoniam, nec justificati verus  
est arrogantia: si vel ille. Sicut, non meruisse, se poenam, vel  
iste offerat, meruisse se gratiam. Nec sequitur: si damnatio-  
nis decretum sit factum propter peccata, etiam salvationis de-  
cretum propter bona opera factum esse. Levata enim in da-  
mnandis invenit reprobatis: bona opera non invenit in salvandis  
electis. Eundem ergo illum ordinem et modum in causis, hoc est  
decretis Dei fides presumit: ut primo creare hominem integrum,  
deinde permittere tibi: tertio eligere alios ad gratiam in Christo:  
alios non eligere, sed reprobare, à gratia et deservere in peccatis:  
denique electos servare misericorditer; reprobatos damnare, ju-  
ste propter peccata decrevit. Hic ordo est naturalis: quoposito  
non habet locum disputatio inanis de absoluto decreto damnationis,  
quod haud

quod haud dubie non minus cum justitia Dei in lege et Evangelio  
 revelata pugnaret, quam ipsa damnatio absoluta, h. e. quae fie-  
 ret absq; respectu peccati. Lege Fulgentii primum librum ad  
 Monimum: in quo nihil aliud tractat, quam hoc, reprobos esse  
 destinatos non ad peccata, sed ad interitum propter peccata.  
 Neq; n. inquit, justitia diceretur justa, si puniendum reum  
 non invenisset: sed fecisset. Eadem est doctrina Augustini in  
 VII. Hypognost. et de Prædest. Qui contrariam statuunt, non  
 modo labefactant justitiam Dei in verbo revelatam, sed et tur-  
 bant ordinem naturalem operum et secretorum Dei: statur  
 entes Deum prius decrevisse homines aliquos damnare, quam  
 condere, admodum præposterè. Sed nolo in ista digredi longiq;  
 Explicavi sententiam Praeceptorum meorum in Apologetico Sibli-  
 co modestè, sobriè et breviter, ut puto, ad mentem scripturæ.  
 Et in postremo gradu scala aureæ Ambergensis ex professo  
 mihi tractandum recurret hoc argumentum, ubi ut potero  
 rem perspicuè explicabo. Interim spero fratres isthuc ita hinc  
 mysteria tractaturos, ut decet, s. e. sobriè et ad edificatio-  
 nem. Satis n. unquam est in ulteribus Ecclesiæ. De rebus  
 nostris ut sint privatim et publicè ex M. Reggio cognosces.  
 Opto ut diu valeas et vivas Ecclesiæ. Salutat te. D. Kimedoncy.  
 Vale Heidelbergæ 19. Septembris 1592.

D. Davidi Pareo  
 Sibrandus Lubbertus Salutem.

(219)

Suspiria, gemitus, lacrimas mihi expresserunt tuae liberae.  
 Actione Heidelbergæ nunc sordet Ursinus, ut ipsius doctrinæ  
 propagatio viris periculum bonis creet? Quomodo tue,  
 veris illud apostolici sanguis Jesu Christi purgat nos ab omni  
 iniquitate? Si aliud præter sanguinem Christi ad nostra  
 peccata expianda necessarium est: aut quomodo aliud tanquam